

sententiam Petri omnes approbant.

mas Ecclesie ac supremus Judex questionum defuit, ac decidit, cujus sententiam mox Jacobus Apostolus, ac ceteri omnes approbant, ac sequuntur, ut notatur D. Chrysostr. d. Hieronym. Theodor. & ita dicitur infra vers. 12. quod auditis Petri verbis, Tacuit omnis multitudo.

16. Ethiop. Ab annis antiquis elegit per os meum audire. Ethiopicus, Ele, it per os meum; ut testifices, Cum dicitur ab annis antiquis, nempe a Conversione Cornelij, de quo cap. 10. a quo jam elapsi erant fere quatuordecim anni; Vel ab annis antiquis potest referri ad electionem Petri in Pontificem, Tunc Petrus super hanc Petram, Matth. 17. n. 18. a quo tempore ipse constitutus est testificare verba Evangelij, & fluxerant fere decem, & octo anni.

17. Græcus. Vers. 8. Et qui novit corda Deorum, Græcus. Cordis inspektor, tamquam si dicat, Deus non respicit ad carnem, an circumcisi sint, necne, sed ad cor, ac ejus promptitudinem, ad excipiendam fidem & gratiam ejus, & hanc promptitudinem, ubi invenit sine Judæis, sive Gentibus, testimonium perhibuit, testificatur, & demonstrat, dans illis Spiritum sanctum in specie linguarum cum suis donis, sicut & nobis dedit in die Pentecostes.

18. Arabic. Vers. 9. Et nihil discrevit inter nos, & illos. Arabicus; Neque discrevit inter nos, & illos, circumcisos, & illos incircumcisos sine ulla personarum acceptione fide purificans corda eorum, Syriacus; Fide purgaverit, fide, baptismo, ac contritione mundavit corda eorum, non vero circumfisione.

19. D. Chry. sostr. Oecum. Ceter. Beda. Lyran. Carthuf. Vers. 10. Nunquid tentatis Deum Chrysostr. Oecumen. Quasi Deus non possit salvare sine circumfisione, Caletanus. Tentatis ad iram, aptius Beda Lyranus inquit quod ille Deum tentat, qui ejus clara mandata in dubium revocat, vel despiciendo, vel contrarium agendo contra Dei mandata imponere in nomine legis, scilicet antiquæ ob multitudinem & duritiem præceptorum ejus, ut dicitur q. 4. Neque nos portare potuimus seu ut Syriacus Perferre, nisi cum multa difficultate, ac onere.

20. Arabic. Beda. Lyran. Carthuf. Vers. 11. Sed per gratiam, &c. Arabicus: Certi sumus nos per gratiam nostri Jesu Christi salvari; non per circumfisionem, ac opera legis, sed per gratiam Christi, ut exponunt Beda Lyran, Carthufian, sicut illi per gratiam Christi salvati sunt ab Adam usque ad hunc, & usque in finem mundi, per quam salvati sunt antiqui Patres ante circumfisionem, ut Enoch, Noe Melchisedech, & alij, & de ipso Abrahamo ante circumfisionem dicitur: Creditit Abraham Deos & reputatum est illi ad justitiam, Gen. 15.

21. Gec. 15. Vers. 12. Tacuit autem omnis multitudo auditis verbis Petri tacuit omnis multitudo venerans, & approbans dicta à Petro, quod Paulus, & Barnabas confirmarunt, narrantes multa mirabilia signa, & prodigia, quæ Deus per eorum manus fuerat operatus per loca & civitates, per quas peragrarunt prædicantes Evangelium Dei.

QUÆSTIO III.

Quare Paulus plenus sapientia cum Barnaba venit Ierusalymam, ut consuleret Apostolos super positam questionem?

22. Galat. 1. Paulus divinitus plenus erat omni sapientia, ut ipse de se testatur ad Galat. 1. n. 1. quod ipse Evangelium acceperit, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum. Et cum tantus esset sapientia divina venit Ierusalymam, ut cum Apostolis consultationem faciat.

Simile factum legimus ab eo ad Galat. 2. n. 2. quod iterum ascendit Ierusalymam ad Apostolos, & contuli cum illis Evangelium, quod prædico in gentibus. Magnus doctor Gentium vas divinæ sapientiæ ad quid confers tuum Evangelium cum aliis nonne satis tua sapientia est probatum? Hoc ejus humilitati tribuit D. Hieronymus dicens, quod Pauli humilitas ostenderetur, cavet magnus Doctor, ne fortasse suo genio, ac sapientiæ multum fidens, ne leviter fortasse, vel saltem quoad modum à communiori Patrum forma tantisper abiret; vel ut Chrysostr. ac alij contulit, ut linguas detraherentium, ac hallucinantium ejus doctrinæ comprimeret, nam disciplina sapientum calculo comprobata frantum est in ore maledicentium, ut obtureretur, ne mutire audeat, nam ut dicitur Proverb. 11. n. 14. Ibi enim multa salus, ubi multa consilia.

Promittens Deus magnam felicitatem populo suo per Isaiam cap. 5. n. 26. ait, Restitutum judices tuos, ut fuerunt prius, & magistrum tuos sicut antequam. In quo stat magna prosperitas respicitur, quod judices sint sicut prius, & quid haberent illi primi judices, erant dociles, ut secum paterentur habere, & consiliarios, & magistrum tuos sicut antequam. Facile quilibet ex suo cerebro errat securus incedit si cum aliis rem discutit, examinat, ac consulit. Citato loco D. Basilii ait; Neque enim sufficit per se unusquisque assequi, ac deprehendere quid ex officio doceat, quapropter Deus consiliarios præstituit. Hinc Augustus pro suo Imperio administrando, teste Suetonio cap. 35. Instituit consilia semestria quibus cum ante tractaret de negotiis ad Senatum referendis.

Constituit Pharaos Josephum Principem super totum Ægyptum, ut erudiret Principes ejus, & senes prudentiæ doceret, Pl. 204. n. 22. Dicuntur prudentes, & senes non solum nomine, sed etiam re ipsa, quia cum haberentur, ut sapientes & senes non recusabant, sed patiebantur doceri, ac illuminari ab adolescente triginta annorum, qualis erat Joseph quando extitit ante conspectum Pharaonis, Gen. 41 n. 46. D. Chrysostr. ibi ait, Fructuum custodiam non proinde curavit, ut spiritualem utilitatem præfectorum, ac Seniorum, qui ab eo salutem, & sapientiam consecuti fuerant, Sapiens Rex magis de suorum ingenua prudentia quam de fructibus agebat.

Cum Angeli pergerent cum Abrahamo in Sodomam ait Text Genes. 18. n. 16. Dixit unum oculis contra Sodomam, Abrahamus gradiebat simul deducens eos, Angeli ductore indigent ne à via aberrarent, nullo modo. Cur ergo Abrahamum voluerunt habere ductorem suæ viæ? Ut ostenderent docilitatem naturæ, quod Angeli in figura humana non respuant ac recusant habere ducem, ac ductorem; ex quo D. Chrysostr. in ipsis Angelis Dominum recognoscens ait homil. 24. in Genes. Quod est majus, ait vide Domini misericordiam quantum obsequiis usus est simul, & iusto honor em impendit.

QUÆSTIO IX.

Lex vetus valde dura multum oppressa pondere præceptorum ac difficultatum.

Oppressionem, & difficultatem legis antiquæ satis explicat D. Petrus in præsentem cum ait, Quid tentatis Deum imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus. Loquitur Sanctus Petrus de præceptis

ceptis propriis legis Moysaicæ, erant judicialia, ac cæremonialia, nam præcepta moralia, ac naturalia, quæ sunt decalogi obligant in lege gratiæ. De illis præceptis, Moysi ait Apostolus, quæ nec Patres nostri, nec nos portare potuimus. Dicuntur importabilia, non quia sint impossibilia, id est valde difficilia, ut habet Tygurina, sicut illud, quod est multum difficile dicitur impossibile, & in hoc sensu dixit Christus Dominus, facilius est Camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Cælorum, Math. 19. n. 24. id est valde difficile, ut ibi aliis exemplis explicavi.

28. Deus non præcipit, impossibile, Tigurin. Et si lex vetus erat tam difficilis Judæis, qui à suis parentibus, ac pueritia erant in illa educati quanto durior, & difficilior esset gentibus, quæ talem legem, & jugum nesciebant.

30. Abulen. Onus grave legis antiquæ evidenter patet ex his, quæ refert Abulen. ad cap. 1. Ruth. quæst. 24. ubi recenset universa legis præcepta sexcenta, & tredecim. rabbi Moyses refert affirmativa ducenta, & octo, & tot esse ossa in humano corpore, negativa vero trecenta sexaginta quinque secundum numerum dierum anni. Unde merito D. August. serm. 9. de verbis domini eam appellat Sarcinam innumerabilem observationum.

31. Reducens David arcam de domo Abindab in Jerusalem, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam. 2. Reg. 6. num. 6. Arias, Labasiebant boves. Cajetanus, Exuerunt se boves, Chaldaicus; Quia propulerant eam boves. Alii apud Bibliam Maximam, Deficiebant boves, quæ omnia verba ostendunt, & indicant, quod boves tanto ponderis onere erant oppressi, ut non possent illud sustinere, & inde deficiebant, labescebant, & ideo à se propulerant. Unde tantum pondus? Quia in arca, ut ait Apostolus Hebræor. 9 n. 4. nihil aliud erat nisi urna aurea habens manna, & Virga Aaron, quæ fronderat, & tabule testamenti. Ecce unde tanta ponderis gravitas? Nam, ut ait D. August. 2. lib. Doctrinal. Deus per irrationalia nobis multa dat documenta, Permissum est à Deo, ut boves deficerent gravi, & duro pondere legis, quam ferebant, & inde illud à se excutere ac demittere intendeat.

32. Maxime ponderanda est rerum dispositio, quæ se Deus habuit cum Abrahamo, nam ut dicitur Genes. 15. n. 12. Horror magnus, & tenebrosus invasit Abraham, & statim vers. 13. ei prædicitur quod semen ejus futurum erat peregrinum in terra non sua: Et subjicient eos servituti. Deinde cap. 17. num. 10. imperat ei circumfisionem: Circumciderunt in vobis omne masculinum per circumfisionem tamquam per ostium, ac præcipuam partem tota Lex vetus designatur, & ideo ante ipsius legis intimationem horror, & timor invasit Abrahamum ob horrorem ac timorem, duritiemque ipsius legis Deinde prius exprimitur servituti, & tunc circumfisioni imponitur. Doctor Ioan de Lahay cap. 14. num. 216. ait: Legem circumfisionis non fuisse justam Abraham; nisi servitute indicata, ut declararet Deus legem veterem, esse legem servitutis, & ideo in lege libertatis, nempe gratiæ non esse observandam

QUÆSTIO V.

Lex Evangelica benigna, suavis, ac levis.

33. Quid aperte manifestat, & declarat Christus Dominus dicens: Jugum meum suave est, &

onus meum leve. Matth. 11. num. 30. de quo multa dixi tom. 3. in Evangel. cap. 20. q. 12. 13. & 14. explicans prædicta verba.

Ait anima Sancta, Sub umbra illius, quem desideraveram sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo Cantic. 2. num. 3. Quenam est hæc arbor? Inquit d. Gregor. Magnus: Arbor fructifera ipse Christus in corde nostro plantatus per fidem. Umbra illius, ejus divina protectio, qua nos tamquam sub alis protegit ac defendit; & qui fructus tam dulcis, ac suavis faucibus; & licet in toto libro Canticorum de multis fructibus fiat mentio, nullus tam insigniter dicitur dulcis, ac suavis, ut hic fructus, dulcis gutturi meo, qui interprete D. Ambrosio, est Christi doctrina, & verbum Evangelicum, & subdit: Qui fructus potest esse suavior faucibus nostris quam ille, qui secum affert remissionem peccatorum, & consequenter vitam æternam.

Lex vetus tota pœnis capitalibus abundans: Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur; qui mœchatus fuerit cum uxore alterius morte moriatur. Levit. 20. num. 9. & 10 & sic in multis aliis criminibus procedit Textus, ac Lex Evangelica ait: Si quis peccaverit confiteatur, & penitentiam agat, & non moriatur, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. Lex vetus utpote rigorosa minas mortis adducit, ac vero Lex Evangelica seu gratia ad vitam propagandam tota est intenta.

Lex vetus grandis minacibus pœnis subditos coercet, ac Lex Evangelica benignitate, ac indulgentia omnes allicit vita, salute, ac sanitate, ut convertatur, & sanem eum. Matth. 13. n. 15. Philippus Abbas tom. 1. in Cantic. ad illa verba 2. Meliora sunt ubera in vino, sic ait. Id est legis, & prophetarum eloquia Evangelica prædicationis gratia temperata, & rosata valde sunt meliora, id est dulciora effecta, nam lex dicebat, Si quis peccaverit, hoc, aut illud peccatum fecerit, moriatur: Evangelium vero clamat, si quis peccaverit penitentiam agat, & non moriatur: valde ergo sunt meliorata, id est dulciora effecta ubera.

Descendit Moyses cū tabulis quæ erant permansuræ in populo, in quibus erat scripta lex manu ipsius Moysis: Dixit Dominus ad Moysen: scribe tibi verba hæc, &c. Exod. 34. n. 27. Aliter se habet Dominus in lege Evangelica loquens per Jerem. 31. n. 33. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Omnia quod est vulgare, Lex antiqua scripta in lapide eorum duritiem. Evangelica in cordibus carnis; & illud nota, quod illa antiqua scripta fuit manu hominis, hæc vero Evangelica scribitur manu Dei, nempe Spiritu Sancto ut auctor est D. August. de Spiritu, & litera cap. 21 ubi sic ait: Quæ sunt aliæ leges à Deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa præsentia Spiritus Sancti. Illa antiqua lex scribitur manu hominis dura, & severa quæ tot plagas induxit in Ægyptum, ut astringat, & obliget hæc gratia Spiritus Sancti, ut indulgeat, remittat, ac condonet quæ major benignitas, ac suavitas potest considerari.

Actor. 15. n. 13. Postquam tacuerunt, respondit Iacobus, dicens: Viri fratres audite me: Versiones. CUM EXPOSITIONE III. Usque ad Vers. 21.

21. Postquam tacuerunt omnes. Post D. Petrum loquitur Iacobus tanquam Ierusalymorum Antistes secutus petri sententiam, &



& ejus dicta corroborans: Unde male dixit Abulen-
Abulen-
Calvin.
38.
Syriac.
Biblia
Goth.
d. Cypr.
Interlin.
Hugo.
Vatabl.
Carthuf.
39.
Ainos. 9.
40.
Lyranus.
Chald.
41.
Syriac.
Æthiop.
42.
Lyran.
Carthuf.
43.
Arabie.
Æthiop.
44.
Syriac.
Arabie.
Æthiop.
45.
Chryf.
Arabie.
46.

Verf. 21. Moyses temporibus antiquis. Syriacus 47.
Ab aratibus antiquis. Arabicus. A generationibus.
Syriac.
Arabie.
Vatabl.
Lorin-
Lyran.

QUÆSTIO VI.

Sanctissima Virgo Maria totam quaestionem de-
cidit, ac resolvit.

Sententia est hæc Ruperti Abbatis ad illud. r. 48.
Cantic. Indica mihi quem diligit anima mea, sic
ait, Actorum 15 facta seditione propter ceremonias
judaicas convenerunt Apostoli, & seniores de verbo
hoc nullam tui d. Virgo scriptura mentionem facit, id
circo putandum est, quod conventus ille te omiserit,
& sanctum de pectore tuo, de tuo ore spiritum non
confulerit; Imo illic, & in cæteris agendis tu Prin-
ceps omnem solvisti quaestionem, ita tamen; ut non
clamares, neque contenderes, neque audiretur vox
tua foris, quia, nota verbum: Tu princeps omnem
solvisti quaestionem. Illa enim, ut ipse Rupertus ait,
est Magistra Magistrorum, id est ipsorum Aposto-
lorum in illuminando, docendo, ac omne dubium
& quaestionem determinando illa erat organum Di-
vini Spiritus, per quod illos illustrabat.

Unde ait citatus Rupertus: An quia Spiritus 49.
Sanctus illos docuit, idcirco tua vocis magisterio il-
lis opus non fuit, Imo vox tua vox illis fuit Spiritus
Sancti, quidquid supplementi opus erat, eisdem mor-
talibus vel testimonio ad confirmandos singulorum
sensu quo acceperant, ab eodem spiritu dividente
singulis prout vult ex religioso ore tuo perceperunt.
Christus dominus promittit suis apostolis Spiritum
veritatis, & docebit vos omnem veritatem. Joan. 14.
num. 26. qui veniens dividit dona sua singulis sin-
gula, prout vult, tamen totum hoc voluit dare, ac
communicare per fauces, & voces marie. Quæ ex
religioso ore suo perceperunt. Ipsa constituta est ab
Spiritu Sancto in suorum donorum magisterium;
ut sua dona doceret, explanaret, ac declararet. S.
Laurentius Justinianus ferm. de nativitate marie,
& ait: Illam profectio adornavit verbum, sibique in
genetricem elegit utpote super abundantiâ jam benedi-
ctione preventam, jamque Sancti Spiritus magisterio
deputatam. expende ultima verba, eam in Ecclesia
Spiritus Sanctus constituit, ac deputavit in sui, suo-
rumque magisterio D. Anselm. lib. de excellentiis
Virgin. cap. 7. Licet Apostoli per revelationem Spi-
ritus Sancti edocti fuissent in omnem veritatem, in-
comparabiliter tamen eminentius, & manifestius ipsa
per eum spiritum veritatis, virtutum profunditatem
intelligebat, & per hoc multa eis, scilicet Apostolis
per hanc revelabantur.

Valde frequens est apud Sanctos Patres, & do-
ctores quod per Dei thronum intelligitur Sanctissi-
ma Virgo Maria, in qua tamquam in folio suo re-
quievit omnipotens Deus, ex quo sapienter d. Bern-
nard. in quodam ferm. de Sancta maria notat, quod
in Apocalypsi 4. num. 3. ait: Joannes, de throno
scilicet Maria procedebat fulgura, voces, & toni-
trua, quia Mater Filii Jesu Christi parabolas, enig-
mata legalia, mirifica gesta, dicta opera avidius ebi-
bit, sincerius, luculentiusque aliis dedit, Sanctissima
Virgo

Virgo maria omnem Christi doctrinam, parabolas
enigmata, ac omnia Christi opera præclarissime
ebibit, ac tenuit, & ex hoc cœlesti throno mariano
omnes Ecclesie luces, ac fulgura, omnes voces, quo-
rum sonus exivit in omnem terram, & tonitrua
tot mirabilium operum, ac portentorum exeunt,
ac procedunt.
51.
Ecc. 26.
Hugo.
Virgo
Maria ut
Sol illumi-
nat Eccle-
siam mili-
tiam eam,
ac trium-
phantem.
Carthuf.
52.
Rupert.
Luc. 24.
Cantum
est ne de
verbis
marie
quis vi-
deret du-
bitare.

QUÆSTIO VII.

Quare Christus ablata circumfione dedit no-
bis Baptismum?

Abata duritie circumfione cū effusione san-
guinis dat nobis Christus p. suavissimū aqua-
rum baptismi balneum cum omniū Cœlestium be-
nedictionum abundantia. Maxime notatu dignissi-
mū est quod in primo rerum officio creavit deus
bestias teræ, jumenta, & reptilia, & nō benedixit ei
ex aquis; Benedixitque eis dicens: Crescite, & multi-
plicamini, & replete aquas maris avesque multiplicē-

tur super terram, genef. 1. n. 2. Unde tanta rerū dif-
ferentia benedicuntur quæ ex aquis proveniunt in
quibus infidebat Spiritus Sanctus, ut significetur
generatos, ex aqua Baptismi omni divina benedi-
ctione gaudere, à qua privatur terreni, seu infideles
cum talium aquarū sint expertes. d. Anst. Synaita
ad citatum locum; Quæ ex aquis sunt genita, omnia
Deus benedixit, a terra vero genita animata privata.
benedictione, nā præsfiguratio generatio per Baptismum
ex aquis, & proinde genitus animabus id est regene-
tus per Baptismum benedixit, animatib. autē jumentis
feris, serpētib. qui sunt peregrini, & alieni à rege-
ratione Baptismi nequaquā eis impertit benedictionē
Ob peccatum adam ait illi Deus. Maledicta terra
& non aqua, sicut homo à terra mittitur, sic ad sui
nutritionem aqua bibit, si propter hominem terra
maledicitur, cur non etiā aqua, destinabatur illa ad
regenerationē electorum per baptismum, & ideo
ad illam solum convolant omnes benedictiones, &
procul abest quæcūque maledictio; albinus ibi ait:
Terra maledicitur; non aquis; quia in aquis erat pec-
catum abluendum de fructu terra contractum.

Scribit D. mathæus. 3. n. 16. Quod Christus devi-
nit in Jordanem ut baptizaretur à joanne: Bap-
tizatus autem Jesus confessum ascendit ac aqua, & ecce
aperi sunt ei Cœli, & vidit Spiritus Dei descendentem
sicut columbam, & venientē super se, & ecce vox de
Cœlo dicit Hic est filius meus dilectus. Omnia Chri-
sti magna primo ad aquas publicatur, Cœli ape-
riunt, Spiritus sicut colūba descendit super ipsum, &
vox patris testificas auditur, mēbra cum suo capite
copulatur, ut inde ostēdatur, quod Filii dei Christi
mēbra cœlestes cives ab aquis habent suarum fe-
licitatum, ac omnium bonorum exordiū, ac incu-
nabula; elegatissime ad hæc ait d. Basil. Seleuc. orat.
34. Pater cum clamore praconiū facit, spiritus volatu
inducitur, & videre erat rem inopinata, in aquis ma-
trix parabat, quæ Cœlo lucis pareret. O inaccessa
mysteria. Aqua pariebat, & Cœlo cives adscribeban-
tur. Vide & cōsidera alta miracula, quæ illic fiebat
rater de Cœlo clamat, spiritus manifestat signa, &
aqua matrix, seu genitrix regnatorum, inde jā pa-
ricbat ex ipsis aquis filios, ac cive in Cœlum.

QUÆSTIO VIII.

Quare D. iacobus præcipit abstinendum ab
animalibus suffocatis cum sanguine?

Hoc jam præceptum fuit à Domino, & man-
datum est Noe genef. 9. num. 4. Quasi olera
virentia, tradidi vobis omnia, excepto quod carnem
cum sanguine comedetis. Cujus præcepti rationes
multas ibi Interpretes assignant Primo. Ne bibe-
rent humanum sanguinem, ut aliqua barbaræ
nationes faciebant. Secundo. D. Cyprian. de Coena
Domini. Ne homines more pecorum virent co-
medentes carnem cum sanguine. Tertio Chryfost.
hom. 27. in Genef. ut ita impediret impetū, & pro-
pensionem ad homicidiū quarto d. Eucherius, hoc
fecit Deus tamquā optimus medicus, quia sanguis
est multum gravis, & multarum infirmitatum cau-
sa. Quinto d. Justin. 145. & Thomas Anglicus.
Bestiæ ob multam crudelitatem, ac gulæ voraci-
tatem comedunt carnem cum sanguine, à qui-
bus nos Deus vult abstinere. Sexto d. Thomas
1. 2. quæst. 102. art. 3. ad 8. sanguis est totius vitæ
humanæ alimentum, ideo vult tantum sibi offerri,
& consecrari & nobis esum prohibet, ut cum
recognoscamus nostræ vitæ auctorem Septimo ait